



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1312 Usque Ad Annum 1351

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 9011826X**

§. 54. Ludovicus Bav. Pisis commoratur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66305](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66305)

**Sæcul. XIV.** Episcopum Tusculanum, omni instructum  
**A. C. 1328.** potestate coercendi rebelles fratres Ordinis. Dabat 13 Junii anno 1328. Bertrandus Turrius Minorum institutum professus erat.

**Vad. n. 18.**

Michaël Cæsenas visa hac Papæ sententia 18 Septembris tam suo quam omnium nomine fratrum sibi adhaerentium appellabat ad Ecclesiam catholicam, futurumque concilium. Litteræ publicæ Notarii chirographo munitæ Pisis solenniter promulgatae, ac foribus templi cathedralis affixæ sunt, quin etiam ad Papam missæ in forma authentica. Is vero ad cunctos Præsules Principesque scripsit, ut ipsius sententiam executioni dari, ac Michaëlem & socios ejus in carcerem compingi juberent. Sed erant Pisis securi sub præsidio Ludovici Bavarii.

#### §. LIV.

*Ludovicus Bavarus Pisis commoratur.*

**H**ic Princeps Roma Tudertum, & ultimo Augusti Viterbum petiit cum Antipapa: quo ibi relicto Castrum Novum adiit collocuturus cum Petro Sicu-  
**Sup. §. 45.** lo, quem pater suus Rex Fridericus mi-  
**J. Vill. l. 10.** serat. Ludovicus 10 Septembris inde  
**ca. 104.** Pisas

Pifas proficiscens in hoc itinere Doctorem Marsilium Patavinum amisit in loco, cui nomen Mons Altus, mortuum. Rosetum 15 Septembris, Pifas vicesimo primo advenit: ubi magna exceptus lætitia per hunc annum reliquum cum Aulicis manebat suis.

æcul.XIV.

A.C.1328.

§. LV.

*Petitio Philippi Majoricani.*

Jacobi Majoricæ Regis tum clavum tenuis patruus & antea tutor Philippus Papæ libellum supplicem obtulit, in quo se S. Martini Turonensis thesauro præfectum nuncupat, & hanc in sententiam loquitur: Evangelica non præcepta *Vad.n.29.* solum, verum etiam consilia fecuturus *Rayn. n.83.* elegi S. Francisci regulam, ad quam me voto adstringere volo. Proinde supplico Sanctitati tuæ, ut mihi meisque sociis præsentibus ac futuris eam liceat observare pure ac simpliciter sine interpretatione, extra societatem hodiernorum Fratrum Minorum, & citra obedientiam Ministris Ordinis præstandam. Quanquam non carpo illos, qui expositiones declarationesque Summorum Pontificum receperunt: cum in via Dei alias incedat, alias aliter. Oro etiam, ut ego ac socii mei abdicatis rebus fluxis

*Histor.Eccles. Tom.XXIII.* Y mox